

D. O. M.

Theses Philosophicæ Latinè et Græcè tuendæ.

Philosophia, quam definimus Cognitionem discursivam ex primis principiis deductam, quatuor habet partes, Logicam, Metaphysicam, Ethicam et Physicam. De Physicâ non agendum.

LOGICA.

Logica est ars dirigendi mentis operationes ad verum. Tractat de Ideâ, Judicio, Ratiocinio et Certitudine.

Idea est mera rei representatio in mente existens. Idearum proprietates sunt veritas, claritas, distinctio. Præcipuæ mentis functiones circa ideas sunt reflexio, abstractio, comparatio. Ideæ signis, voce scilicet, gestu, scripturâ manifestantur.

Judicium est actus mentis simplex de rerum convenientiâ vel repugnantia pronuntians. Exteriùs prolatum vocatur propositio. Propositionis proprietates absolutæ sunt, quantitas, quâ subiectum universale est vel particulare: qualitas, quâ propositio est affirmans vel negans, vera vel falsa. Vi affirmationis attributum, particulariter; vi negationis, universaliter sumitur. Proprietates relativæ sunt conversio et oppositio. Convertuntur aliæ simpliciter, aliæ accidentaliter, aliæ utroque modo. Oppositionis propriæ dictæ species, sunt contradictio et contrarietas. Ex duabus contradictoriis una est necessariò vera, alia necessariò falsa. Duæ contrariæ simul falsæ esse possunt, non autem simul veræ.

Ratiocinium est actus mentis quo unum judicium ex alio vel ex aliis deducitur. Exteriùs prolatum dicitur argumentatio. Inter varias argumentationis species præcipuum locum tenet Syllogismus, qui, ut legitimus sit, octo legibus generalibus subijciendus est.

Certitudo est firma mentis adhesio veritati cognitæ sine ullo errandi periculo. Indirectè tantum aut probatur certitudinis existentia, aut confutatur scepticismus universalis. Habetur certitudo quando judicium motivo nititur necessariò cum veritate connexo. Hujusmodi motiva sunt sensus intimus, evidentia, sensuum relatio, testimonium hominum, memoria, analogia. Hæc motiva intra jurisdictionis suæ limites certitudinem pariunt.

METAPHYSICA.

Metaphysica de rebus supra naturam corpoream positis tractat: duas complectitur partes, Ontologiam et Pneumatologiam.

Ontologia per mentis abstractionem ens in genere considerat: tradit existentiam quidem, non vero essentiam rerum pendere à Deo, et explicat quid sit causa, effectus, substantia, modus, et quænam entium proprietates.

Pneumatologia de Spiritibus naturali lumine cognitis, de Deo scilicet et mente humanâ tractat.

Probatur existentia Dei tum ex eo quod sit ens necessarium, tum ex necessitate creatoris et primi materiæ motoris, tum ex mirabili ordine mundi, tum ex populorum consensu. Hinc absurda sunt de æternitate mundi Academicorum somnia, et quæ de atomis deliravit Epicurus.

Attributa Dei alia spectant ad creaturas, alia non spectant.

Ad ea quæ non spectant ad creaturas, pertinent Unitas, quâ profligantur duo Manichæorum principia; simplicitas, quâ refellitur insulsa Spinosæ unica substantia; æternitas, immutabilitas, immensitas. Ad ea quæ spectant ad creaturas pertinent libertas, quâ diluuntur Leibnitzii et Mallebranchii circa optimum systemata; scientia, quæ omnia vel futura libera complectitur; Providentia, quæ omnia gubernantur.

Psychologia docet mentem humanam esse liberam et spiritualem, quibus satis confutatur materialistarum et Pseudophilosophorum doctrina, quæ omnia factorum ab arbitrio pendere tenet.

ETHICA.

Ethica est scientia practica actus humanos ad honestatem dirigens.

Essentiale est discrimen inter bonum et malum morale: sicque confutatur infelix Hobbesii, Helvetii et aliorum doctrina, qui discrimen istud à conventionem humanâ vel ab utilitate repetunt. Stricta nobis à Deo imposita est obligatio vitandi omne malum et faciendi bonum. Discrimen hoc inter bonum et malum, et præceptum hoc divinum ab omnibus hominibus agnoscuntur. Altera post mortem nos manet vita, in quâ boni sunt remunerandi, impii verò pœnas daturi. Suadet ratio bonos perpetuò futuros esse beatos, nec demonstrare potest æternas impiorum pœnas repugnare.

Hinc patet existere legem naturalem, eamque promulgatam esse et sanctione munitam. Lex naturalis invincibiliter ignorari non potest, saltem quoad prima principia, ab hominibus in societate degentibus; nec abrogationem, nec derogationem, nec dispensationem patitur.

Actuum humanorum principia sunt intellectus, voluntas, libertas. Influxit in libertatem coactio, metus, ignorantia et passio. Regula remota actuum humanorum est lex; proxima conscientia. Nunquam licet agere contra conscientiam, quamvis non semper sit sequenda, cum vincibiliter erronea esse possit.

Proprietates actuum humanorum sunt bonitas, malitia, indifferentia.

Has et alias Theses Philosophicas, adjuvante Deo et auspice Deiparâ, tueri conabuntur

NICOLAUS O'BRIEN, *Bostoniensis.*

FLAVIANUS SANCHE, *Canadensis.*

PRO ACTU PUBLICO

In Ædibus Minoris Seminarii Marianopolitanensis, die

Julii, Anno Domini 1835.

Φιλοσοφίας οὗτος ἡμῖν ὁ ἑρισμὸς· Γινώσκis ἐκ τῶν πρῶτων ἀρχῶν λογικῶς παραγομένη. Αὐτὴ δὲ εἰς τέσσαρα μέρη διήρηται, ὧν τὸ μὲν ἢ λογικὴ, τὸ δὲ ἢ μεταφυσικὴ, τὸ τρίτον δὲ ἢ ἠθικὴ, τὸ δὲ τέταρτον ἢ φυσικὴ. Περὶ δὲ τῆς φυσικῆς οὐδὲν διαλεξόμεθα.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΛΟΓΙΚΗΣ.

Ἡ λογικὴ μὲν ἐστὶ τέχνη τὰς τοῦ νοῦ ἐνεργείας εἰς τὸ ἀληθὲς συντείνουσα· αὐτὴ ἀμφὶ τὰς τε ιδέας ἔχει, καὶ τὴν κριτικὴν δύναμιν, καὶ τὸν λογισμὸν, καὶ τὴν πληροφορίαν.

Ἰδέα μενοῦν οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ ἀπεικονισμὸς τινος ἐν τῇ διανοίᾳ γινόμενον. Αἱ δὲ τῶν ιδεῶν ιδιότητές εἰσιν ἡ ἀλήθειά τε καὶ ἡ σαφήνεια καὶ ἡ εὐκρίνεια· αἱ δὲ μάλιστα τοῦ νοῦ περὶ αὐτὰς πραγματεῖαι εἰσιν ἡ προσοχὴ καὶ ἡ ἀφαίρεσις καὶ ἡ σύγκρισις. Αὐταὶ δὲ ιδέαι διὰ σημείων, τῆς φωνῆς δηλαδὴ, καὶ τῆς ὑποκρίσεως, καὶ τῆς γραφῆς φανερῶνται.

Ἡ δὲ κριτικὴ δύναμις ἐστὶν ἀπλὴ τῆς διανοίας ἐνέργεια, δι' ἧς ὁ νοῦς διαγινώσκει πότερον δύο συμφέρεαι ἀλλήλοισι, ἢ οὐ. Ἀποφανομένη δὲ λέγεται πρότασις, ἥς τελεῖται ιδιότητές εἰσιν ἡ ποσότης τε, καὶ ἡ ὅτι τῆς προτάσεως ὑποκείμενον ἴδιον ἢ γενικόν ἐστι καὶ ἡ ποιότης, καὶ ἡ ὅτι τῆς προτάσεως καταφατικὴ ἐστὶν ἢ ἀποφατικὴ, ἀληθὴς ἢ ψευδής. Ἰδίως μὲν δὲ τῷ κατηγορηματικῷ χρῆσθαι, καταφατικῆς οὐσης τῆς προτάσεως· ἀποφατικῆς δὲ, γενικῶς. Ἀναφορικαὶ δὲ ιδιότητες, ἡ ἀντιστροφή καὶ ἡ ἀντίθεσις. Τῶν οὖν προτάσεων, τὰς μὲν ἀπλῶς, τὰς δὲ συμπλεκτικῶς, τὰς δὲ καὶ ἀμφοτέρως ἀντιστρέφειν ἐστὶ. Τὰ δὲ τῆς ἀντιθέσεως, τῆς κυρίως λεγομένης, γένη εἰσὶν ἡ ἀντίφασις καὶ ἡ ἐναντιώσις. Ἐκ δύο ἀντιφατικῶν προτάσεων, πᾶσα ἀνάγκη ἐστὶ τὴν μὲν ἀληθὴ εἶναι, τὴν δὲ ψευδῆ· ἐναντίας μὲν δύο ἅμα ψευδεῖς εἶναι, οἷον τὸ· ἅμα δὲ ἀληθεῖς, ἀδύνατον.

Ὁ δὲ λογισμὸς ἐστὶν ἡ ἐνδον τοῦ νοῦ, ἡ ἔξω. Ὁ μὲν ἐνδον ἐστὶν ἐνέργεια διανοητικὴ δι' ἧς ἐκ τεθειμένων τινῶν κρίσων ἐτέρα τις συμπεραίνεται· ὁ δὲ ἔξω ἐστὶ λόγος, τοῦ ἐνδον ἐξημενευτικός. Πρωτεύει δὲ ἐν τοῖς λογισμοῖς ὁ συλλογισμὸς. Αὐτὸν δὲ, ὡς τε ὁρῶς συμπεραίνεσθαι, δεῖ κατὰ τοὺς ὁκτὼ γενικοὺς νόμους γενέσθαι.

Ἡ δὲ πληροφορία ἐστὶ τὸ ἀσφαλὲς ἔχουσθαι τὸν νοῦν τῆς διεγνωσμένης ἀληθείας. Ἐγκαρσίως μὲν μόνον ἐστὶν ἡ ἀποδείξις ὅτι ἡ πληροφορία ἐστὶν, ἡ ἀνατρέψαι τὴν τῶν Σκεπτικῶν δόξαν. Πληροφορεῖται δὲ τις ὅτε, ἐν τῷ κρίνειν, ἐπερίδεται αἰτίας ταῖς τῇ ἀληθείᾳ ἀναγκαιῶς συναπτομέναις. Τοιαῖς μὲν οὖν αἰτίαι εἰσὶ, ἡ τε συνείδησις, καὶ ἡ ἐνάρησις, καὶ ἡ ἐκ τῶν αἰσθησέων πείσις, καὶ ἡ τῶν πολλῶν μαρτυρία, καὶ ἡ μνήμη, καὶ ἡ ἀναλογία· ὧν ἐκάστη κατὰ δύναμιν τὴν πληροφορίαν γεννᾷ.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΜΕΤΑΦΥΣΙΚΗΣ.

Ἡδε ἐπιστήμη τίς ἐστὶν ἡ θεωρεῖ τὰ ὑπὲρ τὰ σώματα κείμενα· ταύτης δὲ δύο μέρη, ἡ τε ὀντολογία καὶ ἡ πνευματολογία.

Ἡ ὀντολογία μὲν ἀφαιρέματικὸς ὅτι τὰ ὄντα καθόλου θεωρεῖ, ἀποδεικνύσα ὅτι τὸ εἶναι μὲν ἐπὶ τῷ Θεῷ ἐστὶν, ἡ δὲ οὐσία μηδαμῶς· εἴτ' ἐξηγεῖται τί ἡ τῶν ὄντων αἰτία ἐστὶ, καὶ τὸ αἰτιατὸν, καὶ ἡ ὑπόστασις, καὶ ὁ τόπος, εἴτ' ἐπὶ δὲ καὶ αἱ ιδιότητές.

Ἡ δὲ πνευματολογία τὰ πνεύματα θεωρεῖ, τὰ φυσικῶς ἐγνωσμένα· τὰ γοῦν περὶ τὸν Θεὸν καὶ τὴν ψυχὴν ἐξετάζει.

Τὸν Θεὸν εἶναι τις ἂν δὴ μάλιστα συλλογίσαιτο διὰ τε τοῦ αὐτὸν εἶναι τὸν ἀναγκαιῶς ὄντα, καὶ διὰ τῆς ἀνάγκης κτιστῆναι τινὰ γενέσθαι καὶ πρῶτον αἶτιον τῶν φυσικῶν, καὶ διὰ θαυμαστῆς ταύτης τοῦ κόσμου τάξεως, καὶ διὰ τοῦ πάντας τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχειν περὶ τοῦτου. Ἐκ τούτων δὲ φανεροὶ εἰσιν ὀνειροπολήσαντες οἱ Ἀκαδημαῖκοι αἰτίον εἶναι τὸν κόσμον, καὶ ἀποληρῆσας τὰς αἰτίους ὁ Ἐπίκουρος.

Τὰ τοῦ Θεοῦ κατηγορηματικά, τὰ μὲν πρὸς τὰ ὄντα προσήκει, τὰ δὲ οὐ.

Ἐν τοῖς μὲν πρὸς τὰ ὄντα μὴ προσήκουσι, ἐναριθμῆται ἡ τε μονάς, ἡ ἀνατρέπουσα τὰς τῶν Μανιχαίων ἀρχὰς ἐκείνας· καὶ ἡ ἀπλότης ὅφ' ἧς ἀναρῆται ἡ κατὰ τὸν Σπινώσαν μόνη οὐσία· καὶ ἡ αἰδιότης, ἡ τε ἀμεταβλητότης καὶ ἡ ἀπειρία. Ἐν τούτοις δὲ ἂ πρὸς τὰ ὄντα προσήκει, ταπεινὰ μὲν ἐστὶ τὸ αὐτεξούσιον ὅπερ ἀνατρέπει τὰ ὑπὸ Λεϊβνίτζιου καὶ Μαρτίνιου λεγόμενα περὶ τοῦ πάντα εἰς τὸ βέλτιον τρέπειν· εἴτα δ' ἡ γνώσις ἡ πάντα χωρεῖ, τὰ καὶ αὐτεξούσιος ἐσόμενα, καὶ αὐτὴ ἡ Δεῖα Πρόνοια, ὅφ' ἧς πάντα διακρίνεται.

Ἡ ψυχολογία δὲ ἐπιδείκνυσιν ὅτι ἡ ἀνθρωπεία ψυχὴ αὐτεξούσιος τι καὶ πνευματικὴ ἐστὶ· ὅθεν ἀναιρεῖται ἡ ψευδοσόφον ἐκείνων δόξα, οἷς πάντα ἐνυλὰ καὶ εἰμαρμένα δοκεῖ εἶναι.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ἩΘΙΚΗΣ.

Ἡ ἠθικὴ μὲν ἐστὶν ἐπιστήμη τις πρακτικὴ ἡ τὰ ἀνθρώπινα ἔργα εἰς τὸ καλὸν ἀπευθύνει. Αὐτῆς δὲ ἡδε ἡ μέθοδος.

Τὸ ἀγαθὸν μὲν οὐσιωδῶς διαφέρει τοῦ κακοῦ· ἐκείθεν κατέπεσε τὰ Ὀρεστηίου καὶ Ἐλεγκτίου καὶ ἄλλων τινῶν συστήματα, τὸν τοῦ ἀγαθοῦ καὶ τοῦ κακοῦ διορισμὸν ἀναθέντων ἀνθρωπίνῃ τινὶ συνθήκῃ ἢ συμφόρῳ. Ἀπὸ Θεοῦ προτεταγμένον ἐστὶ ποιεῖν μὲν τὰγαθὰ, φεύγειν δὲ τὰ κακὰ. Οἰδοσὶ πάντες τὴν τε τοῦ ἀγαθοῦ τῷ κακῷ διαφώνησιν, καὶ τὸ θεῖον τοῦτο πρέσβευμα. Ἐστὶ δὲ μετὰ θάνατον ἐτέρα ζωὴ ἐν ἣ ἐκάστῳ συμπεσσομένη ἀποκρίται ὑπὲρ εὖ ἢ κακῶς βεβιωμένων τιμὴ ἢ δίκη. Ὁ μὲν λόγος εἰσηγείται ὅτι οἱ ἀγαθοὶ εἰς τὸν αἰῶνα μακάριοι ἔσονται, οἷζαι δὲ οὐκ ἔχει ὅτι ἄλλοι εἰσὶν αἱ τῶν κακῶν αἰῶναι τιμωρία.

Ἐκ τούτων δὲ κατιδεῖν ἐστὶ ὅτι καὶ ἐστὶ, καὶ ἀνεκφυγὴ καὶ προσεκρυβὴ ὁ κατὰ τὴν φύσιν νόμος. Ἀδύνατον ἐστὶ πᾶν τοιοῦτον νόμον, εἰς τὰς γὰς πρῶτας ἀρχὰς, ἀνικητῶς ἀγνοεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἄλλοις ἀνθρώποις συγκοινοῦντων· αὐτὸς δὲ οὐτ' ἀποκρύπτειν, οὔτε μεταποιεῖν, οὔτ' ἀτελεῖαν ἀναδέχεται.

Τῶν ἀνθρωπίνων ἔργων μάλιστα αἰτίαι εἰσὶν ἡ νόησις καὶ τὸ βέλημα, καὶ τὸ αὐτεξούσιον. Εἰς τὸ αὐτεξούσιον μέγα ἰσχύει ἡ βία, καὶ ὁ φόβος, ἡ τε ἡμαθία, καὶ τὸ πάθος. Εὐθύνεται δὲ τὰ ἀνθρώπινα ἔργα, ἔξωθεν μὲν ὑπὸ τῶν νόμων, ἐνδοθεν δὲ ὑπὸ τῆς συνειδήσεως. Ἀεὶ τοίνυν ἀθέμιτον παρὰ τὴν συνείδησιν πράττειν, οὐδ' αἰεὶ θεμιτὸν κατ' αὐτὴν πράττειν, ὡς ἐνίοτε ὑπαιτιῶς διεσγραμμένη οὖσαν.

Τῶν ἀνθρωπίνων δὲ πράξεων ἡ ιδιότης ἐστὶ, τὸ καλὰς εἶναι, ἡ πονηράς, ἡ ἀδιαφόρους.